



Nobilissimo viro Constantino Huygeni
Ep. &c. Caspar Barlaeus S. P. D.

Nobilissime Huygeni,
 reddet ad te Epistola mea, antea missa. castigare
 illam, ut sine offensa legi possit ab Aaronis
 filijs. D. Vossium officij sui monui. Scribet
 tibi vir undequaque doctissimus in idem
 argumentum. Ego, quia per ferias canicularis
 manumissus sum & pistorino modo et fistucalis
 paludibus, Wassenaarum iam vivo in pradio
 Quastoris Hoefij, ubi hospite fruor iucun-
 dissimo et sumantissimo, D. Vicoferio. Huic
 culinarum agritudo sum et passis. Fabis et
 pisce pascor, leguminibus flatulentis et lascivis,
 ob quam causam abhorruisse ab his puto castissi-
 mum Pythagoram. Adest mihi nobilissimus Hoefij
 cum doctissima coniuge, ut trigam faciamus
 amicorum lapidissimorum. Si adesset quartus,
 cubica esset amicitiarum nostrarum et voluptatum
 forma, et immobilis proorsus. Hic dedit
 commodavimus Thesaurario Borssero. Pater
 Jovis, qui crastinus est ad fiducula Turica
 nos vocavit Legatus Haga. Nihil moror, dum-
 modo Mahumetismum non sapiant condimenta.
 nolim enim ego miscellandam istam fidem mihi
 in succum et sanguinem verti. Filijs tuis
 scripsi, Constantino carmine, Christiano, Epistola
 Cras illos invisam. Legi, quae in obitum Jacobi
 Godynij scripsisti graviter & indignose, etiam
 in Gennepam. Eidem Godynio Soc. distichon
 meum suspendent in Traiectino templo amici.

Praxidem Xeusij. duplex discriminat urna.
 Hic una Xeusij Praxidij. iacent.
 Gennepam ut Princeps expugnet ante Cal. Sextil. mea
 in hunc. Vale vir praestantissimus & amicissimus. Salutem
 te Hoefij & Vicoferij, qui spumant tibi parva à longè
 propinam, Wassenaarum in pradio in Kuluu.

Hug. 37.



Nobilissimo Viro D. Constantino
Angelo sq. Zulethini
Domino, et Optissimo
Principi à consilio et
seruo,

J. Am. Span,

